

Incipit prefatio beati Hieronymi presbiteri in librum Esdræ.

Trum diffidius sit facere quod poscitis. an negare: necdum statui. Nam neque vobis aliquid imperantibus abnuere sententiæ est. et magnitudo oneris impositi ita ceruices premit: ut ante sub fasce ruendum sit quæ leuandum. Accedunt ad hoc inuidiosorum studia. qui omne quod scribimus reprehendendum putant. Et interdum contra se conscientia repugnante publice lacerant quæ occulte legunt: intantum ut clamare compellat et dicere. Domine libera animam meam a labiis iniquis. et a lingua dolosa. Tercius annus est quod semper scribitis atque rescribitis ut Esdræ librum et hester vobis de hebreo transferam. quasi non habeatis græca et latina volumina. aut quidquid illud est quod a nobis vertitur. non statim ab omnibus conspuendum sit. Frustra autem. ut ait quidam. nisi neque aliud fatigando nisi odiū querere: extreme dementiæ est. Itaque obsecro vos in domnion et rogatione charissimi: ut priuata lectione contenti. librum non efferatis in publicum: nec fastidiosos cibos ingeratis. vitetisque eorum supercilios qui iudicare tantum de alijs. et ipsi facere nichil nouerunt. Siqui autem fratrum sunt quibus nostra non displicent. his tribuatis exemplar: ammonentes ut hebræa nomina quorum grandis in hoc volumine copia est. distincte et per interualla transcribant. Nihil enim proderit emendasse librum nisi emendatio librariorum diligentia conseruetur. Nec quæcumque moueat quod vnus a nobis liber editus est. nec apocriphorum tercij et quarti libri somnii delectetur. quia et apud hebræos Esdræ necemicque sermones in vnum volumine coartantur. et quæ non habentur apud illos nec de vigintiquattuor senibus sunt procul abiicienda. Siquis autem septuaginta vobis opposuerit interpretes. quorum exemplaria varietas ipsa lacerata et euersa demonstrat. nec potest vtiq; verum asseri quod diuersum est: mittite eum ad euangelia in quibus multa ponuntur quasi de veteri testamento quæ apud septuaginta interpretes non habentur: velut illud. quoniam nazareus vocabitur. et ex egipto vocauit filium meum. et videbunt in quem compunxerunt. multaque alia quæ latiori operi referuamus. et querite ab eo vbi scripta sunt. Licet quod proferre non potuerit: vos legite de his exemplaribus quæ nuper a nobis edita maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed ut ad compendium veniam. certe quod illaturus sum equissimum est. Edidi aliquid quod non habet in greco. aut aliter habetur quæ

a me versum est. Quid interpretem laniat? Interrogent hebræos et ipsis autoribus. translationi meæ vel arrogant vel derogent fidem. Porro aliud est si clausis quod dicis oculis mihi volunt maledicere: et non imitantur græcorum studium et benivolentiã. qui post septuaginta translatores iam christi euangelio choruscante iudeos et hebræos legis veteris interpretes. aquilaz videlicet et symmachum et theodotionem. et curiose legunt. et per origenis laborem in hexaplois ecclesijs dedicarunt. Quam magis latini grati esse deberent. quod exultantes cernerent græcia a se aliquid mutuari. Primum enim magnum sumptuum est et infinitæ difficultatis. exemplaria posse habere omnia. deinde etiam qui habuerint. et hebræi sermonis ignari sunt. magis errabunt: ignorantibus quis e multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam nup apud græcos accidit ut interdum scripturæ sensum relinquens. vniuscuiuslibet interpretis sequeretur errorem. Nos autem qui hebrææ lingue saltem paruam habemus scientiam. et latinus nobis vtiq; sermo non deest. et de alijs magis possumus iudicare. et ea quæ ipsi intelligimus in nostra lingua promere. Itaque licet hydra sibilat. victorq; synon in cædia iacet. nuquam meum iuuante christo silebit eloquium. etiam præcisa lingua balbutiet. Legat qui volunt: qui noluit abijciat. Euentiletur apices: litteras calumnientur. Magis vestra charitate prouocabor ad studium quæ illorum detractone et odio deterrebor.